M eministi dic mihi in patria tua. Men cum patre ut abij tarentum
A d mercatum postea inter homineſ me deerrare a ptẽ atque inde auehi
Men[so] I upiter supreme ſerua me. Meſ quid clamas quin taces
Q uot eraſ annos gnatuſ cvm te pater a patria auehit. Men ſeptuenis
N am tum denteſ cadebant primulum. neque prẽm unq̃ poſt illa uidi
Mes Q uid uoſtrum patri filij quot eratiſ. Men et nc maxime memini duo
Mes V ter eratiſ tum an ille maior. Men eque ambo pareſ. Meſ QVI pot
Men G emini ambo eramuſ. Men[so] di me ſeruatum uolunt. Mes ſi intpellas
E go tacebo. Men[s] potius tacebo. Mes dic mihi uno nomine ambo eratis.
Men M inime nam mihi erat quod nunc ẽ menechinvs illũ tuꝫ uocabant
S oſiclem. Men[s] ſigna cognoui contineri quin complectar nõ queo
M i germane gemine frater ſalve ego ſum ſoſicles
Men Q uomodo igr̃ poſt menechino nomen ẽ factum tibi
Men[s] P oſtq̃ ad nos renuntiatum eſt te & patrem eſſe emortuum
A uos noſter mutauit. quod tibi nomen ẽ fecit mihi
Mes H ercle ita factum ut dicit. Men ſed mihi hoc reſpondeto
Men R oga. So quod erat nomen nr̃e matri. Men theuſimarce
So C onuenit. Men o ſalue inſperate mltis annis poſtq̃ conſpicor
So F rater & tu quem multis miſeriſ laborib;
V ſque adhuc queſiui quemque ego eſſe inventum gaudeo
Meſ H oc erat quod hec te meretrix hui' uocabat nomine
H unc cenſebat te eſſe credo cum uocat te ad prandium
Men N amq; edepol hic mihi hodie iuſſi prandium apparandum
C lam meam vxorem quia pallam ſubripui dudum domo
E am dedi huic. So hanc dicis frater pallam quam ego heo
Men Q uo modo hec ad te peruenit. So meretrix h̃ ad prandium
M e adduxit me ſibi dediſſe aiebat prandi perbene
P otaui atq; adcubui ſcortum pallam et aurum hoc
Men G audeo edepol ſi quid pp me t̃ evenit boni.
N am illa cum te ad ſe uocabat me eſſe credidit
Mes N unquid memorare quin ego liber ut iuſſi eam.
Men O ptimum atque equiſſimum orat fr̃ fac cã mea.
So L iber eſto. Men cum tu eſ liber gavdeo meſſenio
So S ed meliore opuſ eſt auſpicio vt liber perpetuo ſiet
Q uoniam hec euenerunt fr̃ nr̃a ex ſententia
I n patriam redeamus ambo. Men frater faciam ut uoleſ.

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 137r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/137r)